

## XIX.

*Prædicationes Tropicæ referri ad Logicam nequeunt, nisi reducantur ad significationem propriam.*

## XX.

*DEUS non potest vocari individuum, sed rectius appellatur singulare.*

## XXI.

*Individuum vagum verè est individuum.*

## XXII.

*Quando nomen Ludovicus prædicatur de XIV. Regibüs Gallia, aut Carolus de V. Imperatoribus, prædicatio est æquivoca.*

## XXIII.

*Principium individuationis est existentia, unde res sit apta, admittat demonstrationem: HOC EST; hæc igitur aptitudo, quam aliqui vocant hæcceitatem, non est individui differentia constitutiva, sed proprium consequens.*

## XXIV.

*An analogæ cum univocis debent confundari, ampla controversia est; cui tamen medetur distinctio conceptus formalis, & objectivi. Dari enim potest univocatio formalis, cui accurate non respondet objectiva.*

## XXV.

*Qui admittunt analogæ attributionis, ea tamen adhuc separare debent ab illis terminis, qui Aristoteli dicuntur communia ad unum.*

## XXVI.

*Alium quoq; usum habet doctrina univorum, & paronymorum: quippe ostendunt terminorum convenientiam; adeoq; fundamentum afferunt propositionum affirmativarum.*

## XXVII.

*Ex adverso terminorum repugnantiam, h. e. fundatum propositionum negativarum præbet doctrina distinctionis, & oppositionis.*

## XXVIII.